

Alte Drucke

**M. T. CICERONIS || EPISTOLÆ AD || COMPLVRES SCRIPTÆ, ||
QVAS VVLGO FAMILIARES || APPELLARVNT, || EDITÆ || DE
SENTENTIA || IOACHIMI CAMERARII || ...**

Cicero, Marcus Tullius

Lipsiae, 1578

VD16 ZV 31063

M. T. C. EPISTOLARVM LIBER AD C. CASSIVM, ET CAETEROS.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149712

& in capiendō consilio prudentiam summam esse, & in dando fidem. Maximeq; sum expertus, cum initio civilis belli per literas te consuluissem, quid mihi faciendum esse censes: eundem ne ad Pompeium, ad manendum in Italia. Suasisti, ut consulerem dignitati meae. Ex quo quid sentire, intellexi, & sum admiratus fidem tuam, & in consilio dando religionē: quod cum aliud malle amicissimum tuum putares, antiquius tibi officium meum, quam illius voluntas fuit. Equidem & ante hoc tempus te dilexi, & semper me a te diligere sensi. Et cum abessem atq; in magnis periculis essem, & me absentem, & meos praesentes a te cultos & defensos esse, memini. Et post meum reditum, quam familiariter mecum vixeris, quaq; ego de te & senserim & predicarim, omneis, qui solent hac animaduertere, testes habemus. Grauisimum vero iudicium de mea fide, & de constantia fecisti, cum post mortem Caesaris totum te ad amicitiam meam contulisti. Quod tuum iudicium, nisi mea summa benevolentia erga te, omnibusq; meritis comprobaro, ipse me hominem non putabo. Tu mi Oppi conservabis amorem tuum (etsi more magis hoc quidem scribo, quam quo te admonendum putem) meaq; omnia tueri: quae tibi ne ignota essent, Attico mandavi: a me autem cum paulum ocij nacti erimus, vberiores literas expectato. Da operam, ut valeas: hoc mihi gratius facere nihil potes.

[a] M. T. C. EPISTOLARUM
RVM LIBER AD C. CASSIVM,
ET CÆTEROS.

M. T. C. C. CASSIO S. P. D. 243

FINEM NVLLVM FACIO, MI-
 hi crede Cassi, de te & de Bruto nostro, id est, de
 tota Republica cogitandi: cuius omnis spes in vobis
 est, & in D. Bruto. Quam quidem iam habeo ipse me-
 liorem, Republica à Dolabella meo praeclarissime ge-
 sta. Manabat enim illud malum urbanum, & ita cor-
 roborabatur quotidie, ut ego equidem vrbi & ocio
 diffiderem urbano. Sed ita compressum est, ut videamur
 omne iam ad tempus ab illo duntaxat sordidissi-
 mo periculo tuti futuri. Reliqua magna sunt, & multa,
 sed posita omnia sunt in vobis: quanquam primum
 quidq; explicemus. Nam, ut adhuc quidem actum est,
 non regno, sed rege liberati videmur. Interfecto enim
 rege, regios omneis nutus tuemur. Neq; vero id solum
 sed etiam quae ipse ille, si viueret, non faceret, ea nos
 quasi cogitata ab illo probamus. Nec eius quidem rei
 finem video: tabulae figuntur, immunitates dantur,
 pecunia maxima distribuuntur, exules reducuntur,
 Senatusconsulta falsa referuntur, ut tantummodo odium
 illud hominis impuri & seruitutis dolor depulsus
 esse videatur: Respublica iaceat in his perturbationibus,
 in quas eam ille coniecit. Hae omnia vobis sunt
 expedienda: nec hoc cogitandum satis iam habere
 Rempublicam à vobis. Habet [b] illa quidem tantum,
 quantum nunquam mihi in mentem venit optare. Sed
 contenta non est: & pro magnitudine & animi & beneficij
 vestri à vobis magna desiderat. Adhuc
 ultra suas iniurias est per vos interitu tyranni: nihil
 amplius. Ornamenta vero sua quae recuperavit? an
 quod ei mortuo paret, quem viuum ferre non poterat:

cuius ara reficere debeamus, eius etiam chirographa defendimus? At enim ita decreuimus, fecimus id quidem temporibus cedentes, quae valent in Repub. plurimum: sed immoderate quidem & ingrate nostra facilitate abutuntur. Verum hæc propediem, & multa alia coram. Interim velim sic tibi persuadeas, mihi cum Reipub. quam semper habui carissimam, tum amoris nostri causa, maxima cura esse tuam dignitatem. Da operam ut valeas.

244 M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

VEHEMENTER LAETOR tibi probari sententiam & orationem meam, quae si saepius uti liceret, nihil esset negotij, libertatem & Rempublicam recuperare. Sed homo amens & perditus, multoq; nequior, quam ille ipse, quem tu nequissimum occisum esse dixisti, cadis initium querit, nullamq; aliam ob causam me autorem fuisse Caesaris interficiendi criminatur, nisi ut in me veterani incitentur. Quod ego periculum non extimesco, modo facti vestri gloriam cum mea laude communissem. Ita nec Pisoni, qui in eum primus inuectus est nullo assentiente, nec mihi, qui idem tricesimo post die feci, nec publico Sernilio, qui me est consecutus, [a] tuto in senatum venire, licet. Cadem enim gladiator querit, eiusq; initium ad XIII. Calend. Octobris a me se facturum putauit. Ad quem paratus venerat, cum in villa Metelli complureis dies commentatus esset. Quae autem in lustris, & in vino commentatio potuit esse? Itaq; omnibus est visus est, ut ad te antea scripsi, suo more romere, non dicere. Quare quod scribis te considerare,

auctori-

autoritate & eloquentia nostra aliquid profici posse :
 nonnihil, ut in tantis malis, est profectum. Intelligit
 enim populus Romanus treis esse Consulares, qui quia
que de Republica bene senserint, liberi locuti sunt,
 tuto in senatum venire non possunt. Nec est prater ea
 quod quicquam expectes. Tuus enim necessarius affi-
 nitate nona delectatur. Itaque iam non est studiosus lu-
 dorum, infinitoque fratris tui plausu disfrumpitur. Alter
 item affinis novis commentariis Caesaris delinitus est.
 Sed hac tolerabilia. illud non ferendum, quod est, qui
 vestro anno consulem filium suum futurum putet, ob
 eamque causam se huic Latroni deferre praeseferat.
 Nam L. Cotta familiaris meus fatali quadam despe-
 ratione, ut ait, minus in senatum venit. L. Caesar opti-
 mus et fortissimus civis valetudine impeditur. Servius
 Sulpitius et summa auctoritate et optime sentiens non
 adest. Reliquos, exceptis designatis (ignosce mihi,
 si non numero) Consulares habes autores consilij pub-
lici: qui numerus etiam bonis rebus exiguus esset: quid
 censes perditis? Quare spes est omnis in vobis: qui
 si iccirco abestis, ut sitis in tuto, ne in vobis quidem:
 sin aliquid dignum vestra gloria cogitatis, velim sal-
 184. uis nobis: sin id minus, res tamen [b] publica per
 vos brevi tempore ius suum recuperabit. Ego tuis
 neque desum, neque deero: qui siue ad me referent, siue
 non, mea tibi tamen benevolentia fidesque praestabitur.
 Vale.

M. T. C. C. CASSIO S. P. D. 245

AUGET TVVS AMICVS FV-
 rorem indies: primum in statua, quam posuit in Ro-
 stris.

stris, inscripsit, PARENT. P. OPT. MER.
 ut non modo sicarij, sed iam etiam parricida iudice-
 mini: quid dico iudicemini? iudicemur potius. vestri
 enim pulcherrimi facti ille furiosus me principē dici
 fuisse. Vtinā quidem fuisset, molestus nobis non esset.
 Sed hoc vestrum est: quod quando praterijt, vtinam
 haberem, quid darem vobis consilij. Sed ne mihi qui-
 dem ipsi reperio, quid faciendum sit. Quid enim est,
 quod contra vim sine viseri possit? consilium autem
 omne hoc est illorum, ut mortem Caesaris persequan-
 tur. Itaq; ante diem Sex. Nonis Octobris productus in
 concionem à Canutio, turpissime ille quidem discessit:
 sed tamē ea dixit de conservatoribus patriae, quae dici
 deberent de proditoribus. De me quidem non dubi-
 tant, quin omnia de meo consilio, & vos fecissetis, &
 Canutius faceret. Cetera cuiusmodi sint, ex hoc iudi-
 ca, quod legato tuo viaticum eripuerunt. Quid eos in-
 terpretari putas, cum hoc faciunt? ad hostem scilicet
 portari. O rem miseram, dominum ferre non potui-
 mus, conseruo seruumus. Et tamen me quidem sciante
 magis, quam sperante, etiam nunc residet spes in vir-
 tute tua. Sed ubi sunt copiae? De reliquo, malo teip-
 sum, loqui tecum, quam dicta nostra cognoscere. Vale.

[a] M. T. C. C. CASSIO
 246 S. P. D.

IV
 VELLEM IDIBVS MARTIIS

me ad cenam inuitasses: reliquiarum nihil fuisset.
 Nunc me reliquiae vestrae exercent, & quidem pra-
 ter ceteros me: quanquam egregios consules habe-
 mus, sed turpissimos consulareis: Senatum sortem,
 sed

sed in infimo quēq; honore fortissimum. Populo vero
nihil fortius, nihil melius, Italiaq; vniuersa. Nihil au-
tem fortius Philippo & Pifone legatis, nihil flagitiosius:
qui cum essent missi, vt Antonio ex senatus senti-
tia certas res nunciarent: cum ille earum rerum nulli
paruisset, vltro ab illo ad nos intolerabilia postulata
retulerunt. Itaq; ad nos concurritur: factiq; iam in
re salutare populares sumus. Sed tu quid ageres, quid
acturus, vbi deniq; esses, nesciebam. Fama nunciabas
te esse in Syria: auctor erat nemo. De Bruto, quo pro-
prius est, eo firmiter videntur esse, quae nunciantur. Do-
labella valde vituperatur ab hominibus non insulsis,
quod tibi tam cito succederet, cum tu vix dum triginta
dies in Syria fuisses. Itaq; constabat, eum recipi in
Syriam non oportere. Summa laus & tua & Bruti
est, quod exercitum praeter spem existimamini com-
parasse. Scriberem plura, si rem causamq; nossem.
Nunc quae scribo, scribo ex opinione hominum, atq;
fama. Tuas literas auide expecto. Vale.

M. T. C. C. CASSIOS. P. D. 247

HYEMEM CREDO ADHVC
 prohibuisse, quo minus de te certum haberemus, quid
 185. ageres, maximeq; [b] vbi esses. Loquebantur om-
 nes tamen, credo quod volebant, in Syria te esse, ha-
 bere copias. Id autem eo facilius credebatur, quia si-
 mile vero videbatur. Brutus quidem noster egregi-
 am laudem est consecutus. Res enim tantas gessit,
 tamq; inopinatas, vt ea, cum per se grata essent, tum
 gratiores propter celeritatem. Quod si tu ea tenes,
 quae putabamus, magis subsidij fulta Respublica est.

a 5

A pri-

est. A prima enim ora Gracia, usq; ad Aegyptum, optimorum ciuium imperijs muniti erimus & copijs. Quamquam nisi me falsebat, res sic habebat, vt totius belli omne discrimen in D. Bruto positum videretur: qui si, vt sperabamus, erupissent Mutina, nihil belli reliqui fore videbatur. Paruis omnino iam copijs obsidebatur, quod magno presidio Bononiam tenebat Antonius. Erat autem Claterna noster Hirtius, ad Forum Corneliū Caesar, vterq; cum firmo exercitu: magnasq; Roma Pansa copias ex delectu Italia compararat. Hyems adhuc rem geri prohibuerat. Hirtius nihil nisi considerate, vt mihi crebris literis significat, acturus putabatur. Præter Bononiam, Rhægium Lepidi, Parmam, totam Galliam tenebamus studiosissimam Reipub. Tuos enim clientes Transpadanos mirifice, coniunctos cum causa habebamus. Erat firmissimus senatus, exceptis consularibus: ex quibus vnus Lucius Caesar firmus est & rectus. Seruij Sulpitij morte magnum presidium amisimus. Reliqui partim inertes, partim improbi: nonnulli inuidet eorum laudi, quas in Republica probari vident. Populi vero Romani, totiusq; Italiae miræ consensus est. Hec erant fere, qua tibi nota esse velle. Nunc autem opto, vt ab istis Orientis partibus [a] virtutis tua lumen eluceat. Vale.

248 M. T. C. CASSIO S. P. D.

VI
QVI STATVS RERVM FVIT
rum, cum has literas dedi, scire poteris ex C. Tidio Strabone, viro bono, & optime de Republica sentiente: nam quid dicam cupidissimo tui, qui dome,

domo & fortunis relictis, ad te potissimum profectus
 sit? Itaq; cum tibi ne commendo quidem: aduentus
 ipsius ad te satis eum commendabit. Tu velim sic exi-
 stimes, tibiq; persuadeas, omne perfugium bonorum
 in te & Bruto esse positum, si, quod nolim, aduersi
quid euenerit. Res cum hac scribebam, erat in extre-
 mum deducta discrimen. Brutus enim Mutina vix-
 iam sustinebat. Qui si conseruatus erit, vicinus: sin
 (quod diu omen auertant) oppressus ibi erit, omnis
 omnium cursus est ad vos. Proinde fac tantum ani-
 mum habeas, tantumq; apparatus, quanto opus est
 ad vniuersam Rempub. recuperandam. Vale.

M. T. C. C. CASSIO S. P. D. 249

QVANTO STUDIO DIGNITA-
 tem tuam, & in senatu & ad populum defenderim,
 ex tuis te malo quam ex me cognoscere. Quae mea
sententia in senatu facile valuisset, nisi Pansa vehe-
menter obstitisset. Ea sententia dicta, productus
 sum in concionem a Tribuno plebis M. Seruilio. Dixi
 de te, quae potui, tanta contentione, quantum fo-
 rum est, tanto clamore, consensuq; populi, ut nihil
 vnquam simile viderim. Id velim mihi ignoscas, quod
 inuita socru tua fecerim. Mulier timida [b] vere-
 batur, ne Pansa animus offenderetur. In concione
 quidem Pansa dixit, matrem quoq; tuam & fra-
 trem, illam à me sententiam noluisse dici. Sed me
 hac non mouebant, alia malebam. Fauebam & Rei-
 publicae, cui semper faui, & dignitati ac gloriae tuae.
 Quod autem & in senatu pluribus verbis disserui, &
 dixi in concione, in eo velim fidem meam habere. Pro-
 misi enim, & prope confirmaui, te non expectasse.

nec

nec expectaturum decreta nostra: sed teipsum tuo more Rempublicam defensurum, & quanquam nihil dum audieramus, nec ubi esses, nec quas copias haberes: tamen sic statuebam, omnes que in istis partibus essent, opes, copiasq; tuas esse: per teq; Asiam provinciam confidebam iam Reipublica recuperatam. Tu fac in augenda gloria teipsum vincas. Vale.

250 M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

Rabui

VIII

SCHELVS AFFINIS TVI Lepidi summamq; leuitatem & inconstantiam, ex actis, quae ad te mitti certo scio, cognosse te arbitror. Itaq; nos confecto bello, ut arbitrabamur, renouatum bellum gerimus: speramus omnem in D. Bruto & Plancio habemus: si verum queris, in te & in meo Bruto non solum ad praesens periculum, si (quod nolum) aduersi quid acciderit, sed etiam ad confirmationem perpetuae libertatis. Nos hic de Dolabella audiebamus, qua vellemus: sed certos autores non habebamus: Te quidem magnum hominem & praesenti iudicio, & reliqui temporis expectatione scito esse. Hoc tibi proposito, fac ut ad summa contendas. Nihil est tantum, quod non populus Romanus a te [a] perfici, atq; obtineri posse iudicet. Vale.

251 M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

Rabui

IX

BREVITAS TVARVM LITERARUM me quoq; breuiorem in scribendo facit: & ut re ut dicam, non satis occurrit, quid scribam. Nostros enim res in actis perferri ad te certo scio: tuas autem ignora-

ignoramus. Tanquam enim clausa sit Asia, sic nihil
perfertur ad nos, præter rumores de oppresso Dolabel-
la, satis illos quidem constanter, sed adhuc sine autore.
 Nos confectum bellum cum putaremus, repente a Le-
 pido tuo in summam solitudinē adducti sumus. Itaq;
persuade tibi, maximam Reipublicæ spem in te, & in
tuis copijs esse. Firmos omnino exercitus habemus:
 sed tamen ut omnia (ut spero) prospere procedant,
 multum interest te venire. Exigua est enim spes Rei-
publicæ, non nullam non libet dicere: sed quæcumq;
est, ea respondetur anno consulatus tui. Vale.

*Dasfeldt - /
 2. Augustus
 1. April.*

M. T. C. C. CASSIO S. P. D. 252

X
 LEPIDVS TVVS AFFINIS, *habui*
meus familiaris pridie Cal. Quintileis, sententijs om-
nibus hostis a senatu iudicatus est, cateriq; *habui*
illo a Republica defecerunt: quibus tamen ad sanita-
tem redeundi ante Calend. Septembris potestas facta
est. Fortis sane senatus, sed maxime spe subsidij tui.
 Bellum quidem cum hæc scribebam, sane magnum
 erat scelere & lenitate Lepidi: Nos de Dolabella quo-
 tidie, quæ volumus, audimus: sed adhuc sine capite,
sine autore, rumore nuncio. Quod cum ita esset: ta-
 187. men literis tuis, quas Nonis Maijs ex castris [b] da-
 tas acceperamus, ita persuasum erat ciuitati, ut il-
 lum iam oppressum omnes arbitrarenur, te autem in
 Italiam venire cum exercitu: ut si hæc ex sententia
confecta essent, consilio atq; autoritate tua roborare-
mur: sin quid forte titubatum esset, ut sit in bello,
exercitu tuo miteremur. Quem quidem ego exerci-
tum, quibuscunq; potero rebus ornabo. Cuius rei
 tum

tum tempus erit, cum quid opis Reipub. laturus exercitus sit, aut quidam iam tulerit, notum esse cape-
rit. Nam adhuc tantum conatus audiuntur: optime illi
quidem & praeclarissimi, sed gesta res expectatur,
quam quidem aut iam esse aliquam, aut appropin-
quare confido. Tua virtute, magnitudine animi nihil
est nobilius: itaq; optamus ut quamprimum te in Ita-
lia videamus: Rempubicam nos habere arbitramur,
si vos habebimus. Praclare viceramus, nisi spoliatum
inermem, fugientem Lepidus recepisset Antonium.
Itaq; nunquam tanto odio civitati Antonius fuit, quan-
to est Lepidus. Ille enim ex turbulenta Repub. hic ex
pace ex victoria bellum excitavit. Huic oppositos con-
sules designatos habemus, in quibus est magna qui-
dem spes, sed anceps cura propter incertos exitus pra-
liorum. Persuade tibi igitur, in te & in Bruto tuo esse
omnia: vos expectari. Brutum quidem iam iam ^{per}
Quod si, ut spero, victis hostibus nostris veneritis, ta-
men autoritate vestra Respub. exurgat, & in aliquo
statu tolerabili consistet. Sunt enim permulta, quibus
erat meditandum: etiamsi Respub. satis esse videbitur
sceleribus hostium liberata. Vale.

[a] C. CASS. PROCONS. M. T. C. 138
253 S. P. D.

SI VALES, BENE EST, EGO
quidem valeo. In Syriam me profectum esse scito ad
L. Marcum, & Q. Crispum imperatores. Viri for-
tes, optimiq; ciues, posteaquam audierunt, quomodo
ma gererentur: exercitus mihi tradiderunt. Ipsiq;
mecum vna fortissimo animo Rempubicam admi-
nistrant,

misfrant. Item legionem, quam Q. Caelius Bassus habuit, ad me venisse scito. Quatuorq; legiones, quas A. Alienus ex Aegypto eduxit, traditas ab eo mihi esse scito. Nunc te cohortatione non puto indigere, vt nos absentes, Remq; publicam, quantum opus est, defendas. Scire te volo, firma praesidia vobis, senatuq; non deesse, vt optima spe, et maximo animo Rempublicam defendas. Reliqua tecum aget L. Carcius familiaris meus. Vale. Data Nonis Martijs, ex castris Taricheis.

C. CASSIVS M. T. C. S. P. D 254

XII

SI VALES, BENE EST, EGO quidem valeo. Legi tuas literas, in quibus mirificum tuum erga me amorem recognoui. Videbaris enim non solum fauere nobis, id quod & nostra & Reipub. causa semper fecisti: sed etiam grauem curam suscepisse, vehementerq; esse de nobis sollicitus. Itaq; quod te primum existimare putabam, nos oppressa Republica quiescere non posse: deinde cum suspicari nos moliri, & te sollicitum esse & de salute nostra, & de rerum euentu putabam: simul ac legiones accepi, quas A. Alienus eduxerat ex Aegypto, scripsi ad te, ac 188. tabellarios complures [b] Roman misi. Scripsi etiam ad senatum literas, quas reddi vetui prius, quam tibi recitae essent: si forte non obtemperare mihi voluerint. Quod si literae per litteras non sunt, non dubito, quin Dolabella, qui nefarie Trebonio occiso Asiam occupauit, tabellarios meos deprehenderit, literasq; interceperit. Exercitus omnis, qui in Syria fuit, teneo. Habui paululum mora, dum promissa militibus persoluo. Nunc iam sum expeditus. A te peto, vt digni-

dignitatem meam tibi commendatam habeas, si me intelligis nullum neq; periculum, neq; laborem patria denegasse: si contra importunissimos latrones arma cepi te hortante & autore: si non solum exercitum ad Rempub. libertatemq; defendendam comparavi, sed etiam crudelissimis tyrannis eripui. Quem si occupasset Dolabella, non solum aduentu, sed etiam opinione & expectatione exercitus sui, Antonium confirmasset. Quas ob res milites tuere, si eos mirifice de Repub. meritos esse animaduertis, & effice, ne quem poeniteat, Rempublicam, quam spem praeda & rapinarum sequi maluisse. Item Marci & Crispi imperatorum dignitatem quantum est in te, tuere. Nam Bassus misere noluit mihi legionem tradere. Quod nisi milites inuito eo legatos ad me misissent, clausum Apameam tenuisset, quoad vi esset expugnata. Hac a te peto, non solum Reipub. quae tibi semper fuit carissima, sed etiam amicitia nostra nomine, quam confido apud te plurimum posse. Crede mihi, hunc exercitum quem habeo, senatus atq; optimi cuiusq; esse, maximèq; tuum. De cuius voluntate assidue audiendo, mirifice te diligit, carumq; habet. Qui si [a] intellex-
rit commoda sua cura tibi esse: debere etiam se tibi omnia putabit. Literis scriptis, audiui Dolabellam in Ciliciam venisse cum suis copijs, proficiscar in Ciliciam: quid egerim celeriter vt scias, dabo operam. Ac velim, vt meremur de Repub. sic felices simus. Fac vt valeas, meq; ames. Nonis Maijs, ex castris. Vale.

255 C. CASSIUS S. D. M. T. C.

habui.

XIII
SI VALES, BENE EST, EGO
qui

quidem valeo. Cum Republica vel salute vel victoria
gaudemus : tum instauratione tuarum laudum, quod
maximus consularis maximum consulem teipsum vi-
cisti, & letamur, & mirari satis non possumus. Fatale
nescio quid tuae virtuti datum : id quod iam experti
sumus. + Est enim tua toga omnium armis felicior, ^{habet enim virtutem}
qua nunc quoque nobis pene victam Rempub. ex mani- ^{habet enim virtutem}
bis hostium eripuit ac reddidit. Nunc ergo vivemus
liberi : nunc te omnium maximum civium, & mihi
charissimum, id quod maxime Reipub. tenebris com-
parasti : nunc te habebimus testem nostri & in te et
in coniunctissimam tibi Rempublicam amoris : & qua
sepe pollicitus es, te et taciturnum, dum servii essemus,
& dicturum de me tum, cum mihi profutura essent :
nunc illa non ego quidem dici tantopere desiderabo,
quam sentiri a teipso. Neg. enim omnium iudicio ma-
lum me a te commendari, quam ipse tuo iudicio digne,
ac mereor, commendatus esse : vt hac novissima no-
stra facta non subita, nec inconuenientia, sed similia
illis cogitationibus, quarum tu testis es, fuisse indices
meae ad optimam spem patrie non minimum tibi ipsi
producendum putes. ^{est} Sunt [b] tibi Marce Tulli,
liberi propinqua, digni quidem te, & merito tibi ca-
risimae esse etiam debent, in republica proxime nos cari,
qui studiorum tuorum sunt emuli : quorum esse cu-
pio tibi copiam. Sed tamen non maxima me turba
puto excludi, quo minus tibi vacet me excipere, & ad
omnia, quae velis & probes, producere. Animum tibi
nostrum fortasse probauimus : ingenium certe diutina
seruitus quaecumque est, minus tamen, quam erat,
passa est videri. Nos ex ora maritima Asia provincia,
& ex insulis, quas potuimus, nauis deduximus. De-
lectum

lectum remigum magna contumacia ciuitatum, ta-
men satis celeriter habuimus. Secuti sumus classem
Dolabelle, cui Lucilius praeerat: qui spem sepetran-
tibus prebendo, neq[ue] vnquam non decedendo, nonis-
se Coricum se contulit, & clauso portu se tenere cu-
pit. Nos illa relictā, quod & in castra peruenire satius
esse putabamus, et sequebatur classis altera, quam an-
no priore in Aithynia Tullius Cimber compararat, cui
Turulius quaestor praeerat, Cyprū petiuimus. Ibiq[ue], qua
cognouimus, scribere ad vos quam celerrime volui-
mus. Dolabellam, vt Tarsenses pessimi socj, ita Laodi-
ceci multo amentiores vltro accersierunt: ex quibus
vtriusq[ue] ciuitatibus, Graecorum militum numero spe-
ciem exercitus effecit. ^{Dolabella} Castra habet ante oppidum
Laodiceam posita, & partem muri demolitus est, &
castra oppido coniunxit. Cassius noster cum decem le-
gionibus & cohortibus viginti auxiliaris, & quatuor
millium equitatu, a millibus passuum viginti castra
habet posita cum vallo: & existimat se sine praelio
posse vincere. Nam iam ternis et quadraginta [a] mil-
licum penes Dolabellam est, vt nisi quid nauius La-
dicensorum supportari, cito fame pereat, necesse sit.
Ne supportare possit, & Cassij classis bene magna, cui
praest Sextilius Rufus, & tres, quas nos adduxi-
mus, ego, Turulius, & Patiscus facile prestabunt. Et
volo vos bene sperare, & Rempublicam, vt & vos, illic
expediri posse, confidere. Vale. Data idib. iunij, Cy-
pro, Acromani lacride.

LENTVLVS CICERONI

256

S. P. D.

CVM

CVM BRVTVM NOSTRVM

conuenissem, eumq; tardius in Asiam venturum animaduertentem: in Asiam redij, vt reliquias mei laboris colligerem, & pecuniam quamprimum Romam mitterem. Interim cognoui in Cilicia esse classem Dolabella, amplius quam centum naueis onerarias, in quas exercitus eius imponi posset. Idq; Dolabellam ea mente comparasse, vt si Syria spes eum frustrata esset, conscenderet in naueis, & Italiam peteret, seq; cum Antonijs & reliquis latronibus coniungeret. Cuius rei tanto in timore fui, vt omnibus rebus relictis cum paucioribus & minoribus nauibus ad illas ire conatus sim. Quae res, si in Rhodijs non interpellatus essem, fortasse tota sublata esset: tamen magna ex parte profligata est. Quandoquidem classis dissipata est: aduentus nostri timore milites ducesq; effugerunt: onerariae omnes ad vnā à nobis sunt exceptae. Certe (quod maxime timui) videor etiam consecutus, vt non posset classe Dolabella in Italiam peruenire, nec socijs suis firmatis, [b] durius vobis efficere negocium. Rhodij nos, & Rempublicam quam valde desperauerint, ex literis, quas publice misi, cognosces. Et quidem multo parcius scripsi, quam reuera fuxere eos inueni. quod vero aliquid de his scripsi, mirari noli: mira est eorum amentia, nec meae vlla priuatum iniuria mouerunt vnquam: malus animus eorum in nostram salutem, cupiditas partium aliarum, perseverantia in contentione optimi cuiusq;, ferenda mihi non fuit, nec tamen omnis perditos esse puto. Sed idem illi, qui tum fugientem patrem meum, qui L. Lentulum, qui Pompeium, qui ceteros viros clarissimos non receperunt:

id est fallax
gr. f. i. b. t.

eodem tanquam aliquo fato & nunc aut magistratum
 gerunt: aut eo: qui sunt in magistratu, in sua habent
 potestate. Itaque eadem superbia & improbitate
 videntur. Quorum improbitatem aliquando retundi,
 & non pati impunitate augeri, non solum vile est
 Reipublica nostra, sed etiam necessarium. De nostra
 dignitate velim tibi ut semper cura sit: & quocumque
 tempore occasionem habueris, & in senatu, & in ca-
 teris rebus laudi nostrae suffragere. Quando consuli-
 bus decreta est Asia, & permixtum est ijs, ut dum
 ipsi venirent, darent negocium, qui Asiam obtine-
 ant: rogo te petas ab ijs, ut hanc dignitatem potissi-
 mum nobis tribuant, & mihi dent negocium, ut Asi-
 am obtineam, dum ipsorum alteruter venit. Nam
 quod huc properent in magistratu venire, aut exer-
 citum mittere, causam non habent. Dolabella enim
 in Syria est: & ut tu diuina tua mente prospexisti,
 & predicasti, dum isti venient, Cassius eum oppri-
 met. Exclusus enim ab Antiochia Dolabella, & in
 oppugnando male acceptus, nulla alia confusus urbe,
 Laodiceam, qua est in Syria [a] ad mare, se con-
 tulit: ibi spero celeriter eum penas daturum. Nam
 neque quo refugiat, habet: neque diutius ibi poterit,
 tantum exercitum Cassij sustinere. spero etiam confe-
 ctum esse iam, & oppressum Dolabellam. Quare non
 puto Pansam & Hirtium in Consulatu properaturos
 in provincias exire, sed Roma acturos Consulatum.
 Itaque si ab his petieris, ut interea nobis procuratorem
 Asia dent, spero te posse impetrare, praeterea mihi
 promiserunt Pansa & Hirtius coram, & absenti mi-
 hi scripserunt: Verriusque nostro Pansa affirmavit, se
 daturum operam, ne in suo consulatu mihi succeda-
 tur.

nur. Ego porro non mediufidius cupiditate provincia
 produci longius ſpaciũ mihi volo, nam mihi fuit
 iſta provincia plena laboris, periculi, detrimenti. Quæ
 ego ne fruſtra ſubirem, neue prius, quam reliquias
 meæ diligentia conſequar, decedere cogar, valde la-
 boro. Nam ſi potuiſſem, quam exegeram pecuniam,
 vniuerſam mittere: poſtulare, vt mihi ſuccederetur.
 Nunc quod Caſſio dedi, quod Trebonij morte ami-
 ſimus, quod etiam crudelitate Dolabellæ, aut perſi-
 dia eorum, qui mihi fidem Reiquepublicæ non præſti-
 terunt: id conſequi, & reſicere volo. Quod aliter
 non poteſt fieri, niſi ſpaciũ habuero: id vt per te
 conſequar, velim, vt ſolet, tibi cura ſit. Ego me de
 Republica ita puto eſſe meritum, vt non provincia
 iſtius beneficium expectare debeam, ſed tantum,
 quantum Caſſius, & Bruti, non ſolum illius facti pe-
 riculũ, ſocietate, ſed etiam huius temporis ſtudio, &
 virtute. Primus enim ego leges Antonianas fregi,
 primus equitatum Dolabellæ ad Rempub. traduxi.

191. Caſſioꝝ [b] tradidi: primus delectus habui pro ſalu-
 te omnium contra coniurationem ſcleratiſſimam:
 ſolus Caſſio & Reipub. Syriam, exercitusq; qui ibi
 erant, coniunxi. Nam niſi ego tantam pecuniam,
 tantaq; præſidia, & tam celeriter Caſſio dediſſem: ne
 auſus quidẽ eſſet ire in Syriam: & nunc non maioræ
 pericula Reipub. à Dolabella inſtarent, quam ab An-
 tonio. Atq; hec omnia iſi feci, qui & ſodalis & ſami-
 liarifſimus Dolabellæ eram, coniunctiſſimus ſanguine
 Antoni: provinciam quoq; illorum beneficio habe-
 bam: ſed transiit in alium manuũ qũdã, omnibus meis
bellum primus indixi. Hæc etſi adhuc non magnope-
 re mihi tuliffe fructum animaduerto, tamen non de-

spero nec defatigabor permanere, non solum in studio libertatis, sed etiam in labore & periculis. Attamen si etiam aliqua gloria iusta et merita prouocabimur senatus, & optimi cuiusq; officijs: maiore cum autoritate apud ceteros erimus, et eo plus prodesse Reipub. poterimus. Filium tuum, ad Brutum cum veni, videre non potui, ideo quod iam in hyberna cum equitibus erat profectus. Sed medijsfidius ea esse eum opinione, & tua, & ipsius & imprimis mea causa gaudeo. Fratris enim loco mihi est, qui ex te natus, teq; dignus est. Vale. Data IIII. Calend. Iunij, Pergæ.

Publii filij
P. LENTIVLVS P. F. PROQVÆ-
TOR *populi Romani* P. R. COSS. PRÆT. TRIB.
PLEB. SEN. P. P. *Senatus Plebisq; Romanae* R.

S. P. B.

257

vestri valebunt bene et ego valeo **XV**
SILVANO, LIBERIQUE
V. V. B. E. E. V. Scelere Dolabellæ oppressa Asia, in
proximam prouinciam [a] Macedoniam praesidijs, 19.
Reipublicæ, quæ M. Brut. V. C. tenebatur, me contu-
li: & id egi, ut per quos celerrime posset, Asia pro-
uincia, vectigalijs, in vestram potestatem redigeren-
tur. Quod cum pertinuisset Dolabella, & vastata
prouincia, correptis vectigalibus precipue ciuib; Ro-
manis omnibus crudelissime denudatis ac diuenditis,
celerius Asia excessisset, quam eo, praesidium ad-
duci potuisset: diutius morari, aut expectare praesidium non esse necesse habui: & quamprimum ad
meum officium reuertendum mihi esse existimaui, ut
& reliqua vectigalia exigere, & quam depolli
pecuniam, colligerem: quicquid ex ea correptum
esset,

esset, aut quorum id culpa accidisset, cognoscerem
 quamprimum, & vos de omni re facerem certiores.
 Interim cum per insulas in Asiam nauiganti mihi
 nunciatum esset, classem Dolabellæ in Lycia esse,
Rhodosq; naueis complureis instructas & paratas in
aqua habere: cum ijs nauibus, quas aut mecum ad-
duxeram, aut comparauerat Patiscus proquaestor,
homo mihi cum familiaritate, tum etiam sensibus in
Republica coniunctissimus, Rhodum reuerti, confusus
 autoritate vestra, senatusqueconsulto, quo hostem
 Dolabellam iudicatis: fœdere quoq; quod cum his
M. Marcello, Seruio Sulpitio Coss. renouatum
erat: quo iurauerant Rhodij, eosq; hosteis se habitu-
ros, quos S. P. Q. R. Quæ res nos vehementer se-
felicit. Tantum enim absuit, vt illorum præsidio no-
 stram firmaremus classem, vt etiam à Rhodj's vrbe,
 portu, statione, quæ ubi a urbem est, commeatu,
 aqua deniq; prohiberentur nostri milites: nos vix ipsi
 192. singulis cum nauigiolis reciperemur. Quam [b]
 indignitatem, diminutioneq; maiestatis non solum
 iuris nostri, sed etiam imperij, populiq; Romani, iccir-
 co tulimus, quod interceptis literis cognoramus Dola-
 bellam, si desperasset de Syria, Aegyptog; , quod ne-
 cesse erat fieri, in naueis cum omnibus suis latronibus,
 atq; omni pecunia conscendere esse paratum. Italiam-
 que petere: iccirco etiam naueis mercarias, quarum
 minor nulla erat duum millium amphorarum, contra-
 ctas in Lycia a classe eius obsideri. Huius rei timore,
 patres conscripti, percitus, iniurias perpeti, & cum
 contumelia etiam nostra omnia prius experiri malu-
 itaq; ad illorum voluntatem introductus in urbem,
 & in senatum eorum, quam diligentissime potui,

causam Reipublicæ ego : periculumq; omne, quod instaret, si ille latro cum omnibus suis nauibus conscendisset, exposui. Rhodios autem tanta inopportunitate animaduerti, vt omnes firmiores putarent, quam bonos : vt hanc concordiam, & conspirationem omnium ordinum ad defendendam libertatem, propere non crederent esse factam : vt patientiam senatus, & optimi cuiusq; manere etiam nunc considerent, nec potuisse audere quinquam Dolabellam hostem indicare : vt deniq; omnia, quæ improbi fugebant, magis vera existimarent, quam quæ vere facta erant, & a nobis docebantur. Quæ mente etiam ante nostrum aduentum, post Trebonij indignissimam eadem, cateraq; tot, tamq; nefaria facinora binæ profectæ erant, ad Dolabellam legationes eorum, & quidem non exemplo, contra leges ipsorum, prohibentibus iis, quum magistratus gerebant. Hæc sine timore (vt dicuntur) de agris, quos [a] in continenti habent, sine furore, siue potentia paucorum, qui & antea pari contumelia viros clarissimos affecerant, & nunc maximos magistratus gerentes, nullo exemplo, neq; ultra ex parte, neq; nostro presentium, neq; imminenti Italia vrbisq; nostræ periculo, si ille parricida cum suis latronibus nauibus ex Asia, Syriag; expulsus Italiam perisset, mederi cum facile possent voluerunt. Dolabellus etiam ipsi magistratus veniebat in susceptionem admississe nos, et demoratos esse, dum classis Dolabellæ certior fieret de aduentu nostro. Quam suspicionem consecutares aliquot auxerunt. maxime quod subito ex Lycia Sext. Marius, & C. Tiberius legati Dolabellæ à classe discesserunt, nauig; longè profugerunt, & varijs relictis, in quibus colligendis non minimum

Bitte nachlesen!

The
D. B. B.

temporis, laborisq; consumserunt. Itaq; cum à Rhodo cum ijs, quas habueramus nauibus, in Lyciam venissemus, naues onerarias recepimus, dominisq; restitimus: ijdemq; quod maxime verebatur, ne posset Dolabella cum suis latronibus in Italiam venire, timere desinus, classem fugientem persecuti sumus vsq; in Syriam, quæ extrema regio est prouincia meæ. Ibi cognoui partem nauium Dolabellæ diffugisse, reliquas Syriam Cyprumq; petisse. Quibus disiectis, cum scirem C. Cassij singularis ciuis & ducis classem maximam fore præsto: in Syriam ad meum officium reuerti: dabog; operam, vi. meum studium & diligentiam vobis P. C. Reique publicæ præstem: pecuniã, quam maximam potero, & quam celerrime cogam, omnibusq; cum rationibus ad vos mittam. Si percurrero prouinciam, & cognouero, qui nobis & Reipub. fidem præstiterunt, in [b.] conseruanda pecunia à me deposita, quiq; scelere vltro deferentes pecuniam publicam, hoc munere societatem facinorum cum Dolabella inierunt, faciam vos certiores. De quibus si vobis videbitur, si vt meriti sunt, grauiter constitueritis nosq; vestra autoritate firmaueritis, facilius & reliqua exigere vectigalia, & exacta seruare poterimus. Interea quo commodius vectigalia tueri, prouinciam ab iniuria defendere possim, præsidium necessarium, voluntariumq; comparavi. His literis scriptis, milites circiter XXX. quos Dolabella ex Asia conscripserat, è Syria fugientes in Pamphiliam venerunt: hi nunciauerunt, Dolabellam Antiochiam, quæ in Syria est, venisse, non receptum, conatum esse aliquoties vi introire, repulsum semper esse cum magno suo detrimento. Itaq; centum circiter

b 5 amif-

amissis, agrisq; compluribus relictis, noctu Antiochia profugisse Laodiceam versus. Ea nocte omnes fere Asiaticos milites ab ea discessisse, ex his octingentos Antiochiam rediisse, & se ips tradidisse, qui a Cassio relictis, vrbis illi praeerant: ceteros per Amanum in Ciliciam descendisse: quo ex numero se quoq; esse dicebant. Cassium autem cum suis omnibus copiis nunciatum esse quatriddi iter a Laodicea abfuisse tum, cum Dolabella eo tenderet. Quamobrem opinione celerius confido sceleratissimum latronem poenas daturum. Quarto Nonas Iunias, Pergae.

[a] C. TREBONIUS M. T. C. 194.
258

S. P. D.

XVI
SI VALES, BENE EST, EGO quidem valeo. Athenas veni ad XI. Calendas Iunii, atq; ibi, quod maxime optabam, vidi filium tuum deditum optimis studiis, summaq; modestia fama. Qua ex re quantam voluptatem caperim, scire potes etiam me tacente, non enim nescis, quanti te faciam, & quam pro nostro veterrimo verisimog; amore, omnibus tuis etiam minimis commodis, non modo tanto bono, gaudeam: Noli putare mi Cicero, me hoc auribus tuis dare: mihi adolescente tuo, atq; adeo nostro (nihil enim mihi a te potest esse seunctum) aut amabilis omnibus ipsis, qui Athenis sunt, est, aut studiosius earum artium, quas tu maxime amas, hoc est, optimarum. Itaq; tibi, quod vere facere possum, libenter quoq; gratulor, nec minus etiam nobis, quod eum, quem necesse erat diligere, qualiscunq; esset, talem habemus, ut libenter quoque diligamus.

Qua

Qui cum mihi in sermone iniecisset, se velle Asiam
 visitare: non modo inuitatus, sed etiam rogatus est à
 me, ut id potissimum nobis obtinentibus prouinciam
 faceret: Cui nos & caritate et amore tuum officium
 praestatueros, non debes dubitare. Illud quoque, erit
 nobis cura, Cratippus una cum eo sit, ne putes in
 Asia feriatum illum ab ijs studijs, in qua tua cohorta-
 tione incitatur, futurum. Nam illum paratum vt
 video, & ingressum pleno gradu, cohortari non inter-
 mittemus, quo indies longius discendo exercendoque
 se, procedat. Vos, quid ageretis in Republica, cum
 has literas dabam, non sciebam. Audiebam quaedam
 194. turbulenta, quae scilicet [b] cupio esse falsa, vt ali-
 quando ociosa libertate fruamur: quod vel minime
 adhuc mihi contigit. Ego tamen nactus in nauigati-
 one nostra pusillum laxamenti, concinnaui tibi munu-
 sculum ex instituto meo: & dictum, cum magno no-
 stro honore à te dictum, conclusi, & tibi infra sub-
 scripsi, in quibus versiculis, si tibi quibusdam verbis
 à quorundam videbor, turpitudine persona eius, in
 quam liberius inuehimur, nos vindicabit. Ignosces
 etiam iracundia nostra, quae iusta est in eiusmodi &
 homines & ciueis. Deinde, qui magis hoc Lucilio li-
 cuerit assumere libertatis, quam vobis? cum etiam si
 odio pari fuerit in eos, quos laesit, tamen certe non
 magis dignos habuerit, in quos tanta libertate ver-
 borum incurreret. Tu, sicut mihi pollicitus es, adiu-
 ges me quamprimum ad tuos sermones. Namque illud
 non dubito, quin si quid de interitu Caesaris scribas,
 non patiaris me minimam partem & rei, & amoris
 tui ferre. Vale, & matrem, meosque tibi commenda-
 tos habe. VIII. Calend. Iunias, Athenis.

M. T.

GRATA MIHI VEHEMENTER
est memoria nostri tua, quam significasti literis: quam
ut conserues, non quod de tua constantia dubitem, sed
quia mos est ita rogandi, rogo. Ex Syria nobis tumultuosa
quedam nunciata sunt: quæ, quia tibi sunt propiora quam nobis,
tua me causa magis mouent, quam mea. Romæ summum ocium est,
sed ita, ut malis salubre aliquod & honestum negotium: quod spero fore,
quia video id curæ a] esse Casari. Me scito, dum
tu absis, quasi occasionem quandam & licentiam natum,
scribere audacius: & cetera quidem fortasse, quæ etiam tu concederes.
Sed proxime scripsi de optimo genere dicendi: in quo sepe suspicatus sum te à iudicio nostro,
sic scilicet, ut doctum hominem à non indocto, paululum disidere.
Huic tu libro, maxime velim ex animo, si minus, gratiæ causa suffragere.
Dicam tuis, ut eum, si velint, describant, ad teque mutant.
Puto enim etiam si rem minus probabis, tamen in ista solitudine,
quicquid à me profectum sit incundum tibi fore. Quod mihi existimationem tuam, dignitatemque
commendas, facis tu quidem omnium more: sed velim sic existimes,
me, cum amoris, quem inter nos mutuum esse intelligam,
plurimum tribuere, tum de summo ingenio, & de optimis studiis, & de spe amplissima
dignitatis ita iudicare, ut neminem tibi anteponomam,
comparem paucos. Vale.

XVIII
QVOD EXTREMVM FVIT IN

ea epistola, quam à te proxime accepi, ad id primum
respondebo. Animaduerti enim hoc vos magnos ora-
tores facere nonnunquam. Epistolas requiris meas:
ego autem nunquam, cum mihi denunciatum esset à
tuis ire aliquem, non dedi. Quod mihi videor ex tuis
litteris intelligere, te nihil commissurum esse temere,
nec ante, quā scisses, quo iste nescio qui Cecilius Bas-
sum erumperet, quicquam certi constituturum: id ego
& sperabam, prudentia tua fretus, & vt considerem,
195. fecerunt tua gratissima [b] litera. Idq; vt facias
quā sepius, vt & quid tu agas, et quid agatur, scire
possum, & etiam quid acturus sis, valde te rogo. Et si
periniquo patiebar animo te à me digredi: tamen eo
tempore me consolabar, quod & in summum etiam
ocium te ire arbitrabar, & impendentibus magnis
negocijs discedere. Vtrumq; contra accidit. Istic enim
bellum est exortum: hic pax consecuta: sed eiusmodi
pax, in qua, si adesses, multa te non delectarent:
ea tamen, quæ ne ipsum Casarem quidem delectant.
Bellorum enim civilium hi semper exitus sunt, vt non
solum ea fiant, quæ velit victor, sed etiam, vt ijs mos
gerendus sit, quibus adiutoribus parta sit victoria. E-
quidem sic iam obdurui, vt ludis Caesaris nostri aquis-
simo animo viderem T. Plantum, audirem Laberij &
Publij poemata. Nihil tam deesse scito, quam qui
cum hac familiariter docteq; rideam. Is tu eris, si
quamprimum veneris. Quod vt facias, non mea so-
lum, sed etiam tua interesse arbitror. Vale.

M. T. C. CORNIFICIO S. D. 261

Liben-

LIBENTISSIME LEGI TVAS

literas, in quib. incundissimum mihi fuit, quod cognoui meas tibi redditas esse. Non enim dubitabam, quin eas libenter lecturus esses: verebar, ne redderentur. Bellum, quod est in Syria, Syriamq; prouinciam tibi tributam esse à Cesare ex tuis literis cognoui: eandem rem tibi volo bene & feliciter euenire. Quod ita fore confido, fretus & industria & prudentia tua. Sed de Parthici belli suspitione, quod scribis, sane me commouit. [a] Quantum copiarum haberes, cum ipsa coniectura consequi poteram, tum ex tuis literis cognoui. Itaq; opto, ne se illa gens moueat hoc tempore, dum ad te legiones ea perducantur, quas audio audi. Quod si pares copias ad consilgendum non habebis, non te iugiet uti consilio M. Bibuli, qui se oppido munitissimo, & copiosissimo, tandiu tenuit, quamdiu in prouincia Parthi fuerunt. Sed melius ex re et ex tempore constitues. Mihi quidem vsq; cura erit quid agas, dum, quid egeris, sciero. Literas ad te, nunquam habui cui darem, quid dederim. A te, ut idem facias, peto: inprimisq; ut ita ad tuos scribas, ut me tuum sciam esse.

M. T. C. CORNIFICIO COLLEGE S.

262

LEGE S.

GRATAE MIHI TVAE LITERAE

nisi quod Sinuessanum diuersoriorum contempsisti. Quam quidem contumeliam villa pusilla iniquo animo feret, nisi in Cumano & Pompeiano reddideris. *ταῦτα γὰρ τὰντων.* Sic igitur facies, meq; amabis, & scripto aliquo laceffes. Ego enim respondere facilius possum, quam prouocare. Quod si, ut es, cessabis, laceff.

L I B E R X I I .

lacessam, ne tua ignavia etiam inertiam offerat.
Plura ociosus ~~hac~~ cum essem in senatu, exaravi. Vale.

*quod in
Jordani*

M. T. C. CORNIFICIO S. D. 263

XXI

CAIVS ANITIVS FAMILIA-
ris meus, vir omnibus rebus ornatus, negotiorum suo-
rum causa legatus [b] est in Aphricam, legatione
libera, eum velim rebus omnibus adiuvare, operamq;
des, ut quam commodissime sua negocia conficiat. In-
primisq;, quod ei carissimum est, dignitatem eius tibi
commendo. Idq; a te peto, quod ipse in provincia fa-
cere sum solitus non rogatus, ut omnibus senatoribus
lictores darem: quod idem acceperam & cognoue-
ram a summis viris facturatum. Hoc igitur mi Corni-
fici, facies: Caterisq; rebus omnibus eius dignitati,
reiq;, si me amas, consules. Id erit mihi gratissimum.
Da operam ut valeas.

Pete nos

M. T. C. S. P. D. CORNIFICIO. 264

XXII

NOS HIC CUM HOMINE
gladiatore, omnium nequissimo collega nostro Anto-
nio bellum gerimus, sed non pari conditione: contra
arma verbus. At etiam de te concionatur, nec impu-
ne: nam sentiet, quos laceſſerit. Ego autem acta
ad te omnia arbitror perſcribi ad alios, a me futura
debes cognoscere, quorum quidem non est difficilis
coniectura. Oppressa omnia sunt, nec habent ducem
boni, nostrisq; ~~tuarum~~ *tuarum* longe gentium absunt,
Pansa & sentit bene, & loquitur fortiter: Hirtius no-
ſter tardius conualeſcit. Quid futurum sit, plane nescio.

Spes

Spes tamen est vna aliquando populū Romanū
maiorum similem fore. Ego certe Reipublica non de-
ero: et quicquid acciderit, à quo mea culpa absit, ani-
mo forti feram. Illud profecto quoad potero, tuam fa-
mam & dignitatem tuebor. Ad XIII. Calend. Ia-
nuar. senatus frequens mihi est assensus, cum de cate-
ris rebus magnis & necessarijs, tum de prouincijs, ab
ijs qui obtinerent, retinendis, neque cuiquam [a] tra-
dendis, nisi qui ex senatusconsulto succedit. Hoc ego
cum Reipublica causa censui, tum mehercule in pri-
mis retinenda dignitatis tue. Quamobrem te amoris
nostri causa rogo, Reipublica causa hortor, vt ne cui
quicquam iuris in tua prouincia esse patiā: atq; vt
omnia referas ad dignitatē, qua nihil potest esse pre-
stantius. Vere tecum agam, vt necessitudo nostra po-
stulat, in Sempromio, si meis literis obtemperasses,
maximam ab omnibus laudem adeptus esses. Sed il-
lud & praterijt, & leuius est. Hec magna res est.
Fac vt prouinciam retineas in potestate Reipublica.
Plura scripsissem, nisi tui festinare. Itaq; Cherip-
po nostro me velim excuses. Vale.

OMNEM CONDITIONEM IM-
perij tui, statumq; prouinciam mihi demonstrauit Trato-
rius. O multa intolerabilia locis omnibus. Sed quo tua
maior dignitas, eo, qua tibi acciderunt, minus feren-
da. Neq; enim, qua tu propter magnitudinem, & ani-
mi & ingenij moderatē fers, à te non vlciscenda sunt,
etiā si non sint dolenda. Sed hac posterius.

XXIV

RERV M VREANARVM ACTA

tibi mitti certo scio: quod ni ita putarem, ipse perscriberem, imprimisq; Caesaris Octaviani conatum, de quo multitudini fictum ab Antonio crimen videtur, ut in pecuniam adolescentis impetum faceret. Prudentes autem & boni viri, & credunt factum & probant. Quid queris? magna spes est in eo. Nihil est, quod non existimetur laudis & gloria caussa facturum. Antonius autem noster familiaris, tanto se odio esse intelligit, ut cum interfectores suos domi comprehenderet

197 [b] rem proferre non audeat. Itaq; ad VII. Idus Octob. Brundisium venerat, profectus obviam legionibus Macedonicis IIII. quas sibi conciliare pecunia cogitarat, easq; ad urbem adducere, & in ceruicibus nostris collocare. Habes formam Reipub. si in castris potest esse Respub. in qua tuam vicem saepe doleo, quod nullam partem per etatem sana & salua Reipub. gustare potuisti. Atq; antebac quidem sperare salutem licebat: nunc etiam illud ereptum est. Quae enim spes est, cum in concione dicere ausus sit Antonius, Canutium apud eos sibi locum querere, quibus se salvo locus in ciuitate esse non posset? Equidem & hac & omnia quae homini accidere possunt, sic fero, ut philosophia habeam magnam gratiam, quae non modo me a solitudine abducit, sed etiam contra omnes fortune impetus armat: tibiq; idem censeo faciendum, nec a quo culpa absit, quicquam in malis numerandum. Sed hac tu melius: Tratorium nostrum cum semper probassem, tum maxime in tuis rebus summam eius

fidem.

fidem, diligentiam, prudentiamq; cognoui. Da operam, ut valeas: hoc mihi gratius facere nihil potes.

267 M. T. C. S. R. D. CORNIF.

XXXV
 EGO NULLUM LOCUM PRAETERMITTO (nec enim debeo) non modo laudandi tui, sed ne ornandi quidem. Sed mea studia erga te & officia malo tibi ex tuorum literis, quam ex meis esse nota. Te tamen hortor, ut omni cura in Rempublicam incumbas, hoc est animi, hoc est ingenij tui, hoc est eius spei, quam habere debes amplificanda dignitatis tuae. Sed hac de re alias ad te pluribus. Cum [a] enim haec scribebam, in expectatione erant omnia, nondum legati redierant, quos senatus non ad pacem deprecandam, sed ad bellum denunciandum miserat, nisi legatorum nuncio paruisset. Ego tamen, ut primum occasio data est, meo pristino more Rempublicam defendi: me principem senatui, populoq; Romano professus sum: nec postea quam suscepi causam libertatis, minimum tempus amisi tuenda salutis libertatisq; communis. Sed haec quoq; te ex alijs malo. T. Pinnarium familiarissimum meum, tanto tibi studio commendando, ut maiore non possim. Cui cum propter omnes virtutes, tum etiam propter studia communia sum amicissimus. Is procurat rationes, negociasq; Dionysij nostri, quem & tu multum amas, & ego omnium plurimum. Ea tibi ego non debeo commendare: sed commendo tamen. Facias igitur, ut ex Pinnarij gratissimi hominis literis tuum & erga illum & erga Dionysium studium perspiciamus. Vale.

XXVI

LIBERALE S LITERAS AC-

cepi tuas, quas mihi Cornificius altero vigesimo die,
 vt dicebat, reddidit. Eo die non fuit senatus, neq;
 postero. Quinquatribus frequenti senatu causam tu-
am egi non inuita Minerva. Etenim eo ipso die sena-
 tus decrevit, vt Minerva nostra, custos vrbis, quam
 turbo deiecerat, restitueretur. Pansa tuas literas
recitauit. Magna senatus approbatio consecuta est
 cum summo gaudio, & offensione Minotauri, id est
 198. Calusij & Tauri. Factum de te [b] S. C. honorifi-
 cum. Postulabatur autem, vt etiam illi notarentur:
 sed Pansa clementior. Ego mi Cornifici, quo die pri-
 mum in spem libertatis ingressus sum, & cunctantib.
 ceteris ad XIII. Cal. Ianu. fundamenta Reipub. ie-
ci: eo ipso die prouidi multum, atq; habui rationem
dignitatis tue. Mihi enim est assensus senatus de ob-
 tinendis prouincijs. Nec vero postea destitui labefacta-
 re eum, qui summa cum tua iniuria, contumeliag;
 Reipublica prouinciam absens obtinebat. Itaq; cre-
 bras, vel potius quotidianas compellationes meas non
 tulit, seq; in urbem recepit inuitus: neq; solum spe,
 sed certa re iam & possessione deturbatus est. Meo
 iustissimo honestissimoq; conuicio te tuam dignitatem
 summa tua virtute tenuisse, prouinciag; honoribus
 amplissimis affectum, vehementer gaudeo. Quod
 te mihi de Sempronio purgas, accipio excusatio-
nem: fuit enim illud quoddam cæcum tempus serui-
tutis. Ego tuorum consiliorum auctor, dignitatig;
 fautor, iratus temporibus, in Graciam desperata li-

bertate rapiebar, cum me Ethesia quasi boni ciues,
relinquentem Rempubicam prosequi noluerunt. Au-
sterg, aduersus maximo statu me ad tribuleis tuos
Rhegium retulit: atq; inde ventis remisq; in patriam
omni festinatione properaui. postridieq; in summa re-
liquorum seruitute liber vnus fui. Sic sum in Antoni-
um inuectus, vt ille non ferret, omnemq; suum vino-
lentum furorem in me vnum effunderet: meq; cum
elicere vellet ad cadis causam, cum tentaret insidys:
quem ego ructantem & nauscantem conieci in Cesa-
ris Octauiani plagas. Puer enim egregius presidium
 sibi primum, & nobis, [a] deinde summa Reipublica
 comparauit: qui nisi fuisset, Antonij reditus a Brundu-
 sio pestis patrie fuisset. Qua deinde a Fa sint, sive re
 arbitror. Sed redeamus ad illud, vnde diuertimus. Acci-
 pio excusationem tuam de Sempronio: neque enim
 statui, quid in tanta perturbatione habere potuisti.
 Nunc hic dies aliam vitam affert, alios mores postu-
 lat, vt ait Terentius. Quamobrem mi Quinte, consen-
 de nobiscum, & quidem ad puppim. Vna nauis est iam
 bonorum omnium, quam quidem nos damus operam,
 vt rectam teneamus, vtinam prospero cursu. Sed quic-
 cunq; venti erunt, ars nostra certe non aberit. Quid
 enim prestare aliud virtus potest? Tu fac, vt animo
 magno sis et excelso, cogitesq; omnem dignitatem tu-
 am cum Republica coniunctam esse debere. P. Luce-
 ium mihi meum commendas, quem quibuscunq; re-
 bus potero, diligenter tuebor: Hirtium quidem &
 Pansam collegas nostros, homines in consulatu Rei-
 pub. salutareis, alieno sane tempore amisimus. Rep.
 Antoniano quidem latrocinio liberata, sed nondum
 omnino explicata: quam nos, si libebit, more nostro
 tuebi-

ruebimur : quanquam admodum sumus iam defatigati. SED NULLA LASSITUDO impedire officium & fidem debet. Verum hac haftenus. Ab alijs te de me, quam à meipso, malo cognoscere. De te audiebamus ea, quae maxime vellemus. De Cn. Minutio, quem tu quibusdam literis ad cœlum laudibus extulisti, rumores duriores erant. Id quale sit, omnino³ quid istic agatur, facias me velim certio-rem. Q. Turius, qui in Aphrica negociatus est, vir bonus & honestus heredes fecit similes sui : Cn. Saturnium, Sexi. Ausidium, Cn. Anneum, Q. Confid-
 199. um [b] Gallum, Lucium Seruilium Posthumum, C. Rubellinum : ex eorum oratione intellexi gratiarum actione eos magis egere, quam commendatione. Tanta enim liberalitate se tua vfos predicabant, vt ijs plus à te tributum intelligerem, quam ego aude-rem te rogare : audebo tamen : scio enim, quantum ponderis mea commendatio sit habitura. Quare à te peto, vt ad eam liberalitatem, qua sine meis literis vsus es, quam maximus his literis cumulus accedat. Caput autem est mea commendationis, ne patiari Erotem Turium Q. Turij libertum, vt adhuc fecit, hereditatem Turianam auertere, ceterisq³ omnibus rebus habeas eos à me commendatissimos. Magna ex eo splendore & obseruantia capies voluptatem. Quod vt velis, te vehementer etiam & q³ etiam rogo. Vale.

M. T. C. S. P. D. CORNI-

FICIO.

269

XXVII

SEXTVS AVFIDIVS ET OB-
 seruantia, qua me colit, accedit ad proximos, &
 6 3 splen-

splendore Equitis Romani nemini cedit. Est autem temperatis, moderatisq; moribus, ut summa severitas, summa cum humanitate iungantur. Cuius tibi negotia, quae sunt in Africa, ita commendo, ut maiore studio, magis ex animo commendare non possim. Per gratum mihi feceris, si dederis operam, ut intelligat meas apud te literas maximum pondus habuisse. Hoc te vehementer mi Cornifici rogo. Vale.

[2] M. T. C. S. P. D. COR-
270 NIFICIO.

ASSENTIOR TIBI EOS, QUOS scribis Lilybeo minari, istic penas dare debuisse: sed metuisti, ut ais, ne nimis liber in ulciscendo viderere. Metuisti igitur, ne gravis civis, ne nimis fortis, ne nimis te dignus viderere. Quod societatem Reipub. conseruanda tibi mecum a patre acceptam renouas, gratum est: quae societas inter nos semper mi Cornifici manebit. Gratum etiam illud, quod mihi tuo nomine gratias agendas non putas: nec enim id inter nos facere debemus. Senatus sapius pro dignitate tua appellaretur, si absentibus consulibus unquam, nisi ad rem nouam, cogeretur. Itaq; nec de H--S. XX. nec H--S. DCC. quicquam agi nunc per senatum potest. Tibi autem ex senatusconsulto imperandum mutuumque sumendum censeo. In Republica quid agatur, credo te ex eorum literis cognoscere, qui ad te acta debent perscribere. Ego sum spe bona: consilio, cura, labore non desum: omnibus inimicis Reipublicae esse me acerrimum hostem pra me fero. Res neq; nunc difficili loco mihi videtur esse, & fuisset facili-

facilimo, si culpa à quibusdam abfuisset. Vale.

M. T. C. S. P. D. CORNI-

FICIO

271

XXIX

NON MODO TE, CUI OMNIA

nostra notissima sunt, sed neminem in Pop. Rom. arbitror esse, cui sit ignota ea familiaritas, que mihi cum L. Lamia est. Etenim magno theatro spectata est tum, cum est ab A. Gabinio consule relegatus, quod libere & fortiter salutem meam defendisset. Nec ex eo amor inter nos [b] natus est, sed quod erat vetus & magnus, propterea nullum periculum pro me adire dubitavit, ad hac officia vel merita potius, incundissima consuetudo accedit, ut nullo prorsus plus homine delecter. Non puto te iam expectare, quibus eum tibi verbis commendem, causam enim tanti amoris intelligis: qui verba desideret, me omnibus vsum putato. Tantum velim existimes, si negocia Lamia, procuratores, liberos, familiam quibuscumque reb. opus erit, defenderis, gratus mihi futurum, quam si ea tua liberalitas pertinuisset ad rem familiarem meam. Nec dubito, quin sine mea commendatione, quod tuum est iudicium de hominibus, ipsius Lamia causa studiose omnia facturum sis, quanquam erat nobis dictum, te existimare alicui senatusconsulta, quod contra dignitatem tuam fieret, scribendo Lamiam affuisse: qui omnino consulibus illis nunquam fuit adscribendum: deinde omnia tum falsa senatusconsulta deferebantur. Nisi forte iam illi Semproniano senatusconsulto me censes abfuisse: qui ne Romae quidem tum fui, ut de eo ad te scripsisse recenti.

Sed

Sed hac haecenus. Te mi Cornifici, etiam atq, etiam rogo, vt omnia Lamiae negocia, mea putes esse, curesq, vt intelligat, hanc commendationem maximo sibi vsui fuisse. Hoc mihi gratius facere nihil potes. Cura vt valeas.

ITANE PRAETER LITIGATORES, nemo ad te meas literas? multa ista quidem tu enim perfecisti, vt nemo sine literis meis tibi se commendatum putaret, [a] sed quis vnquam inuoluntarium mihi dixit esse, cui darem, quin dederim? aut quid mihi iucundius, quam, cum coram tecum loqui non possem, aut scribere ad te, aut tuas legere literas? Illud magis mihi solet esse molestum, tantis me impediri occupationibus, vt ad te scribendi meo arbitrari facultas nulla detur. Non enim te epistolis, sed voluminibus lacefferem, quibus quidem me a te pronocari oportebat. Quamuis enim occupatus sis, ocy tamen plus habes. Aut si ne tu quidem vacas: noli impudens esse, nec mihi molestiam exhibere, & a me literas crebriores, cum tu mihi raras mittas, flagitare. Nam cum antea distinebar maximis occupationibus, propterea quod omnibus curis Rempubicam mihi tuendam putabam, tum hoc tempore multo distineor vehementius. Vt enim gravius egrotant ii, qui cum leuati morbo videntur, in eum de integro incidunt, sic vehementius nos laboramus, qui profligato bello ac pene sublato, renouatum bellum gerere conamur. Sed hac haecenus. Tu tibi mi Cornifici, fac vt persuadeas.

non esse me tam imbecillo animo, ne dicam inhumano, ut à te vincì possim aut officijs aut amore. Non dubitabam equidem, veruntamen multo mihi notiorē amorem tuū effecit Cherippus. O hominem semper illum quidem mihi aptum, nunc vere etiam suauem. Vultus mehercule tuos mihi expresit omneis: non solum animum ac verba pertulit. Itaq; noli vereri, ne tibi succensuerim, quod eodē exemplo ad me, quo ad ceteros. Requisiui equidem proprias ad me vnum à te litteras: sed neque vehementer & amanter. De sumptu, quem te in rem militarem facere & fecisse dicis, nihil sane pessum tibi [b] opitulari, propterea, quod & orbus senatus consulibus amissis, et incredibiles angustia pecunie publicae: quae conquiruntur vndiq; ut optime meritis militibus promissa soluantur: quod quidem fieri sine tributo posse non arbitror. De Accio Dionysio nihil puto esse, quoniam mihi nihil dixit Tratorius. De Publio Luceio nihil tibi concedo, quod studiosior eius sis, quam ego sum: est enim nobis necessarius. Sed a magistris cum contenderem de profecundo die, probauerunt mihi sese, quo minus id facerent, & compromisso et iureiurando impediri. Quare veniendum arbitror Luceio: quanquam si meis literis obtemperauerit, cum tu haec leges, illum Roma esse oportebit. Ceteris de rebus, maximeq; de pecunia, cum Pansa mortem ignorares, scripsisti, quae per nos ab eo consequi te posse arbitrare: quae te non fesselissent, si viueret: nam te diligebat. Post mortem autem eius quid fieri posset, nō videbamus. De Venuleio, Latino, Horatio, valde laudo. Illud non minimum probō, quod scribis, quō illi animo equiore ferrent, te tuis etiam legatis lictores ademisse. Honore enim digni

magister i.e.
confutatoris

in sum

*cum ignominia dignis non erant comparandi: eosq;
ex senatusconsulto si non decedunt, cogendos, ut decer-
dant, existimo. Hac fere ad eas literas, quas eodem ex-
emplo binas accepi. De reliquo velim tibi persuadeas,
non esse mihi meam dignitatem, tua cariorum male.*

[a] M. T. CIC. EPISTOLA 101

RVM LIBER AD C. MEMMI-
VM, ET CÆTEROS.

Exordio me 273 morat Exilium Memmi M. T. C. S. P. D. MEMMIUS.

Lib. 101
ETIAM NON SATIS MIHI CON-
sulerat, cum aliquando animi mei molestia, an
potius libenter te Athenis visurus essem, quod iniuria,
quod accepisti, dolore me afficeret: sapientia tua,
qua fers iniuriam, leticia tamen vidisse te malle.
Nam quod est molestie, non sane multo lenius est,
cum te non video: quod esse potuit voluptatis, certe
si vidissem te, plus fuisset. Itaq; non dubitabo dare
operam, ut te videam, cum id satis commode facere
potero. Interea quod per literas, & agi tecum, &
ut arbitror, confici potest, agam. Nunc a te illud
primum rogabo, ne quid inuitus mea causa facias:
sed id, quod mea intelliges multum, tua nullam in
partem interesse, nū mihi des, si tibi, ut id libenter
facias, ante persuaferis. Cum Patrone Epicureo mihi
omnia communia sunt: nisi quod in philosophia vehe-
menter ab eo dissentio. Sed & ipso Roma, cum te
quog; & tuos omnes observasset, ne coluit inpri-
mis: & nuper, cum ea, qua voluit de suis commodis,